Priſcis.n.tpibus cum adhuc nuda uirtus placeret:uigebāt artes ingenuæ:ſummūq; certamen inter hoīes erat:nequid profuturum ſæculis diu lateret. Itaq; herculaalis genera herbaꝝ oīum ſuccos Democritus expreſſit.& ne lapidum uirgultoꝝq; uis lateret:ætatem inter exꝑimēta cōſumpſit. Eudoxus qdem in cacumen excelſiſſimi mōtis cōſenuit:ut aſtroꝝ cæliq; motus depræhēderet.& Chryſippus ut ad inuentionē ſufficeret:ter elleboro animū deterſit. Veꝝ ut ad plaſtas reuertar:ſtatuæ unius liniamētis inhærentē inopia extinxit.& Myron q pene hoīum aīas feraꝝq; ære cōprehendit nō inuenit hæredē.At nos uino ſcortiſq; demerſi ne paratas qdē artes audemus cognoſcere.ſed accuſatores iniquitatis:uitia tn̄ docemus & diſcimus.Vbi eſt dialectica? ubi aſtronomia? ubi ſapiētia cōſultiſſima uia? qs inq̄ uenit in templū:& uotum fecit ſi ad eloquētiā ꝑueniſſet? quis ſi philoſophiæ fontē attigiſſet? ac ne bonā quidē ualitudinē petūt:ſed ſtatim anteq̄ limen Capitolii tangāt:alius donū ꝓmittit ſi ꝓpinquum diuitē extulerit:alius ſi theſauꝝ effoderit:alius ſi ad trecenties ſextertium ſalmis ꝑuenerit.Ipſe ſenatus recti honeſtiq; præceptor mille pondo auri Capitolio ꝓmittere ſolet:& nequis dubitet pecuniā cōcupiſcere Iouē quoq; peculio exorat. Noli ergo mirari ſi pictura deficit:cum oībus diis hominibuſq; formoſior uideat maſſa auri:q̄ qcqd Apelles Phidiaſq; græculi delirātes fecerunt. ſed uideo te totum in illa hærere tabula:quæ Troiæ haloſin oſtendit:itaq; conabor opus uerſibus pandere.

Iam decima mœſtos inter ancipites metus
Phrygas obſidebat meſſis:& uatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu.
Cum delio præfante ferro cæſi uertices

Idæ trahuntur: ſciſſaq; in molem cadunt
Robora: minacem quæ figurabant equum.
Aperitur ingens caſtrum: & obducti ſpecus
Qui caſtra caperent. huc decenni prælio
Irata uirtus abditur, ſtipant graues
recesſus danai: & in uoto latent:
O patria pulſas mille credidimus rates:
Solumq; bello liberum hoc titulus fero
Intus hæc ad fata compoſitus ſinon
Firmabat: & mendacium in damnũ potens.
Iam turba portis libera ac bello carens.
Iam uota properant. fletibus manant genæ:
Mentiſq; pauidæ gaudium lacrimas habet:
Quas metus abegit. naq; Neptũno ſacer
Crimen ſolutus omne Lacoon replet
Clamore uulgus: mox reducta cuſpide:
Vteri notauit fata. ſed tradunt manus:
Lætuſq; reſilit & dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat inualidam manum:
Altaq; bipenni latera pertentat. fremit
Captiua pubes intus: & dum murmurant
Robora: moles ſpirat alieno metu.
Ibat inuentus capta dum Troiam capit:
Bellumq; totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra celſa qua tenedos mare
Dorſo repleuit: tumida conſurgunt freta:
Vndaq; reſultat ſciſſa Tranquillo minor.
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longe refertur: cum premunt claſſes mare:
Pulſumq; marmor abiete impoſita gemit:

Reſpicimus angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus.tumida quorum pectora
Rates ut aliæ lateribus ſpumas agunt.
Dat cauda ſonitum.liberæ ponto iubæ
Conſentiunt luminibus.fulmineum iubar
Incendit æquor:ſibiliſqꝫ undæ tremunt.
Stupuere mentes.infulis ſtabant ſacri
Phrygioqꝫ cultu gemina nati pignora
Laconti:quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci.paruulas illi manus
Ad ora referunt.neuter auxilio ſibi:
Vterqꝫ fratri tranſtulit pias uices:
Morſqꝫ ipſa miſeros mutuo perdit metu.
Accumulat ecce liberum funus parens
Infirmus auxiliator.inuadunt uirum
In morte paſci:membraqꝫ ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos inter aras uictima:
Terramqꝫ plangit.ſic profanatis ſacris
Peritura troia perdidit primũ deos.
Iam plena phœbo candidum extulerat iubar
Minora ducens aſtra radianti face:
Cum inter ſepultos priamidas nocte & mero
Danai relaxant clauſtra:& effundunt uires.
Tentant in armis ſe duces:ceu ubi ſolet
Nudo remiſſus theſſali quadrupes iugo
Ceruicem & altas quatere ad excuſſum iubas.
Gladios retractant:cõmouent orbes manus:
Bellumqꝫ ſumunt.hic graues alius mero
Obtruncat:& continuat in mortem ultimam
Somnos:auaris alius accendit faces.

Contraq; troas troia inuocant ſacra.
O fœlicem inquit matrē q̄ te talem peperit. macte uirtute eſto. rarā facit mixturā cū ſapientia forma. Itaq; ne putes te tot uerba perdidiſſe: amatorem inueniſti. Ego laudes tuas carminibus implebo. Ego pædagogus & cuſtos etiā nō iuſſeris ſequar. nec iniuriā circlopius accipit aliū amat.

Profuit etiam Eumos miles ille qui mihi abſtulit gladium alioquin quoq; aium quē aduerſus Aſcyltan ſumpſeram: ī Eumolpi ſanguinē exercuiſſem. nec fefellit hoc Gytona: itaq; extra cellam ꝓceſſit tanq̄ aquā peteret. Irā itaq; meā prudēti abſentia extinxit. Paululū ergo ītepeſcēte ſæuicia Eumolpe inq̄ iam malo uel carminibus loquaris: q̄ eius nomine tibi nota proponas: & ego iracundus ſum tu libi/dinoſus. Vide quā non cōueniat his moribus putas igitur me furioſum eſſe: reddo inſaniæ fidem: ocius foras exi.

Dum hæc famula inter amātes ludit: diuerſitor cum parte cœnulæ interuenit: cōtemplatuſq; fœdiſſimā uolutationē iacentium: rogo inquit ebrii eſtis: an fugitiui: an utrunq;? quis aūt grabatū illū erexit? aut qd ſibi tam furtiua moli/tio? Vos me Hercules ne mercedem cellæ daretis: fugere nocte in publicum uoluiſtis: ſed non impune. iam. n. faxo ſciatis non uiduæ hanc inſulam eſſe: ſed Marci Mannicii. Exclamat Eumolpus etiā minaris? ſimulq; os hoīs palma excuſſiſſima pulſat. ille tot hoſpitū potionibus liberū ur/ceolū fictilem in Eumolpi caput iaculatus eſt: ſoluitq; cla mantis frontē: & de cella ſe ꝓripuit. Eumolpus contume/liæ impatiēs rapit igneū candelabrū: ſequiturq; abeuntē: & creberrimis ictibus ſupciliū ſuū uindicat. Fit cōcurſus

familiæ hoſpitũq; ebrioꝝ frequentia.ego aũt nactus occa/
ſionẽ uindictæ Eumolpũ excludo:redditaq; ſcortillo uice
ſine æmulo ſcilicet & cella utor & nocte. Interim coctores
inſulariiq; mulctãt excluſum:& alius ueru æſtis ſtridẽtibꝰ
plenũ in oculos eius intẽtat.alius furca de carnario rapta
ſtatũ præliãtis cõponet.anus præcipue lippa ſordidiſſimo
præcinta linteo ſolers impar uiribus impoſuit:canẽ ingen
tis magnitudinis cathena trahit:inſtigatq; in Eumolpum.
ſed ille cãdelabro ab omni ſe ꝑiculo defendebat. Videba/
mus nos oĩa ꝑ foramen ualuæ:ꝙ paulo ante auſa hoſtialis
rupta laxauerat:fauebãq; ego uapulãti.Gyton aũt nõ obli
tus miſericordiæ ſuæ reſerandũ eſſe hoſtiũ ſuccurrendũq;
ꝑiclitanti cenſebat.ego durãte adhuc iracũdia nõ cõtinui
manus:ſed caput miſerantis ſtricto acuto articulo ꝑcuſſi.
Et ille flens ꝗdem conſedit in lecto. ego aũt alternos oppo
nebam foramini oculos:iniuriã Eumolpi aduocationẽq;
cõmendabam. Cum procurator inſulæ Bargates a cœna
excitatus a duobus lectuariis in mediam rixam perfertur:
nam erat etiã pedibus æger. Is ut rabioſa barbaraq; uoce
in ebrios fugitiuoſq; diu perorauit:reſpiciens ad Eumol/
pum:O poetarũ inquit diſertiſſime tu eras:& non diſce/
dunt ocius nequiſſimi ſerui:manuſq; continent a rixa?
Stante ergo utraq; acie:cum appareret futurum bellum:
ægre expugnauit gubernator:ut caduceatoris more Tri/
phena inducias faceret.data acceptaq; ex more patrio fide
ꝓtendit ramum oliuæ a tutela nauigii raptũ:atq; in col/
loquium uenire auſa.

Quis furor exclamat:pacem conuertis in arma?
Quid noſtræ meruere manus? non troius heros
Hac in claſſe uehit decepti pignus Atridæ:

Nec Medea furens fraterno ſanguine pugnat:
Sed cõtemptus amor uires habet.& mihi fata
Hos inter fluctus.quis raptis euocat armis
Cui non eſt mors una ſatis.nec uincite potum:
Gurgitibuſq; feris alios imponite fluctus.

Hæc ut turbato clamore mulier effudit:hæſitq; pauliſper acies:reuocatæq; ad pacẽ manus intermiſere bellũ:utitur pœnitentia occaſiõe dux Eumolpo:& caſtigato ante uæhementiſſime Licha tabulas fœderis ſignat.qs hæc formula erat. Ex tui animi ſnĩa Triphena neq; iniuriã tibi factam a Gytone quæraris:neq; ſi quid ante hũc diem factum eſt abiicies:uindicabis ue:aut ullo alio genere pſequendũ curabis. Et tu nihil impabis puero repugnanti:nõ amplexũ non oſculum non coitum uenere conſtrictum. Pro qua re præſentes numerabis.C.denarios. Item Licha ex tui animi ſententia ut tu Eumolpon nec uerbo cõtumelioſo inſeq̃ris nec uultu:nec quæres ubi nocte dormiat:aut ſi quæſieris:pro ſingulis iniuriis numerabis præſentes denarios ducentos. In hæc uerba fœderibus compoſitis arma deponimus. Exornatur ergo cantibus totum nauigium.& quia repentina trãquillitas intermiſerat curſum:alius exultans quærebat fuſcinis piſces:alius hamis blandientibus compellebat prædam repugnantem. Ecce etiam per antemnam pelagi conſedere uolucres:quas textis arundinibus peritus artifex tetigit.illæ uiſcatis uiminibus deferebantur ad manus. Tollebat plumas aura uolitantes:pennaſq; p inania iani ſpira torquebat.Iam Lichas redire mecum in gratiam cœperat.Iam Triphena Gytona extrema parte potionis ſpargebat:cum Eumolpus & ipſe uino ſolutus dicta uoluerit in caluos ſtiginos eſque iaculari:do

nec conſumpta frigidiſſima urbanitate rediit ad carmina ſua: cœpitq; capilloꝝ ellegidarion dicere.

Quod ſolum formæ decus eſt: cecidere capilli:
Vernanteſq; comas triſtis abegit hyems.
Nunc umbra nudata ſua iam tempora mœrent.
Areaq; atritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura deum: quæ prima dediſti
Aetatis noſtræ gaudia: prima rapis.

Infœlix modo crinibus nitebas.
At nunc leuior ære uel retundo
Ridentes fugis & times puellas.
Phœbo pulchrior & ſorore Phœbi
Horti tulere quod cecauit unda:
Vt mortem citius uenire credas:
Scito iam capitis periſſe partem.

Plura uolebat proferre credo & ineptiora præteritis: cũ ancilla Triphena Gytona in partẽ nauis inferiorẽ ducit cõnubioq; domine pueri adornat caput: imo ſupcilia etiã ꝓfert de pyxide: ſcitæq; iacturæ liniaméta ſecuta totã illi formam ſuã reddidit. Agnouit Triphena ueꝝ Gytona lacrimiſq; turbata tunc primũ bona fide puero baſium dedit. Cæteꝝ Eumolpos & periclitantium aduocatus: & præſentis cõcordiæ auctor: ne ſileret ſine fabulis hilaritas: multa in muliebrẽ leuitatẽ cœpit iactare: quã facile adamarẽt: q̃ cito etiam filioꝝ obliuiſcerent̃: nullã quẽ eſſe fœminã tam pudicã: quæ non peregrina libidine uſq; ad furorem auerteret̃. nec ſe tragœdias curaſ̃: aut noĩa ſæculis nota: ſed ſua memoria facta: quæ expoſiturũ ſe eſſe ſi uellemus audire. Cõuerſis oĩum in ſe uultibus auribuſq; ſic exorſus eſt. Ma

trona quædã epheſi tã notæ erat pudicitiæ:ut uicinarum
quoq; gentiũ fœmininas ad ſpectaculũ ſui euocaret. Hæc
ergo cũ uirũ extuliſſet:non contenta uulgari more funeris
ſparſis ꝑſequi crinibus:aut nudatũ pectus in cõſpectu fre
quentiæ plangere:in conditoriũ etiã proſecuta eſt defun/
ctum poſitũq; in Hyppogeo Græco more corpus cuſtodi
re ac flere totis noctibus diebuſq; cœpit. Sic afflictantem
ſe:ac mortẽ inedia ꝑſequentẽ nõ parentes potuerũt abdu/
cere:non ꝓpinqui magiſtratus ultimo repulſi abierũt.cõ/
ploratæq; ſingularis exempli fœmina ab omnibus quin/
tum iam diem ſe alimento ſubtrahebat. Aſſidebat ægræ
lachrimas cõmendabat lugẽti:& poſitũ in monumẽto lu/
men renouabat. Vna igit' in tota ciuitate fabula erat:ſolũ
uidelicet affluxiſſe uerũ pudiciciæ amoriſq; exẽplũ omnis
ordinis confitebant'. Cum interim imꝑator prouinciæ la/
trones iuſſit crucibus affigi: ſecundũ illã caſulã in qua re/
cens cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte cum
miles qui crucẽ ſeruabat:ne quis ad ſepulturã corpus de/
traheret:notaſſet ibi & lumẽ inter monumẽta clarius ful/
gens:& gemitũ lugentis audiſſet. uitio gentis humanæ cõ
cupiit ſcire quis aut quid faceret. deſcendit igitur in cõdi/
torium:uiſaq; pulcherrima muliere:primo quaſi quodam
monſtro inferniſq; imaginib9 turbatus ſubſtitit:deinde ut
& corpus iacẽtis cõſpexit:& lachrimas cõſiderauit:faciẽq;
unguibus ſectã:ratus ſcilicet id ꝙ erat:deſideriũ extincti
nõ poſſe fœminã pati:attulit in monumentũ cænulã ſuã:
cœpitq; hortari lugentẽ ne ꝑſeueraret in dolore:ſupuacuo
ac nihil pro futuro gemitu pectus deduceret:oium eundẽ
eſſe exitũ ſed & idẽ domiciliũ:& cætera ꝗbus exulceratæ
mentes ad ſanitatẽ reuocantur. At illa ignota cõſolatione

ꝑcuſſa lacerauit uæhementius pectus:ruptoſq; crines ſuꝑ
pectus iacentis impoſuit.Non receſſit tn̄ miles:ſed eadem
exhortatiõe tẽptauit dare mulierculæ cibũ:donec ancilla
uini certe ab eo odore corrupta primũ porrexit ad huma/
nitatẽ inuitantis uictã manũ:deinde referta potione & ci/
bo expugnare cœpit dñæ ꝑtinaciã. Et quid ꝓderit inquit
hoc tibi:ſi ſoluta inedia fueris? ſi te uiuã ſepelieris? ſi anteq̄
fata poſcant indẽnatum ſpiritum effuderis? id cineres aut
manes ſepultos credis ſentire? uis tu reuiuiſcere? uis tu di/
ſcuſſo muliebri errore quãdiu licuerit lucis cõmodis frui:
ipſum te iacentis corpus cõmouere debet ut uiuas. Nemo
inuitus audit:dum cogit̃ aut cibũ ſumere aut uiuere.itaq;
mulier aliquot dieꝝ abſtinentia ſicca paſſa eſt frãgi ꝑtina/
ciam ſuã:nec minus auide ſe repleuit cibo q̄ ancilla quæ
prior uicta eſt.Cæteꝝ ſcitis ꝙ plærunq; ſoleat tentare hu/
manã ſatietatẽ:quibus blãdiciis impetrauit miles ut ma/
trona uellet uiuere:iiſdem etiã pudicitiam eius aggreſſus.
Nec deformis aut infacũdus iuuenis caſte uidebat̃:cõci/
liante gratiã ancilla:ac ſubinde dicente placito ne etiã pu/
gnabis amori? nec uenit in mentẽ quoꝝ conſederis aruis?
Quid diutius moror? ne hãc quidẽ partẽ corporis mulier
abſtinuit:uictorq; miles utrũq; perſuaſit. Latuerunt ergo
una nõ tantũ illa nocte qua nuptias fecerunt:ſed poſtero
etiã ac tertio die:præcluſis uidelicet cõditorii foribus:ut ſi
quis ex ignotis cognatiſq; ad monumentũ ueniſſet:putaſ/
ſet expiraſſe ſuper corpus uiri pudiciſſimã uxorẽ. Cæteꝝ
delectatus miles & forma & ſecreto. qcquid boni per fa/
cultates poterat coemebat:& prima ſtatim nocte in monu
mentũ ferebat. Itaq; cruciati unius parentes ut uiderũt la/
xatã cuſtodiã:detraxere nocte pendentẽ:ſupremoq; man/

dauerűt officio. At miles circűſcriptus dum reſidet: ut po/ſtero die uidit unā ſine cadauere crucem: ueritus ſuppliciű mulieri quod accidiſſet exponit: nec ſe expectaturum iudicis ſniam: ſed gladio ius dicturum ignauiæ ſuæ. cōmodet ergo illa perituro locű; & fatale cōditoriű familiari ac uiro faceret. Mulier nō minus miſericors q̄ pudica: nec iſtud dii ſinant: ut eodē tēpore duoꝝ mihi chariſſimoꝝ hominű duo funera ſpectem. malo mortuű impendere; quā uiuum occidere. Secundű hāc orationē iubet ex arca corpus mariti ſui tolli: & illi cruci quæ uacabat affigi. Vſus eſt miles ingenio prudentiſſimæ fœminæ. poſteroq; die populus miratus eſt: qua rōne mortuus iſſet ad crucē. Riſu excepe fabulam nautæ: & erubeſcente nō mediocriter Thriphena uultum ſuum ſuper ceruicem Gytonis amabiliter poſuit. At nō Lichas riſit: ſed iratű cōmouens caput: ſi iuſtus inqt impator fuiſſet: debuit patriſfamiliæ corpus in monumētum referre: mulierē affigere cruci. Non dubie redierat in animű edile: expilatűq; libidinoſa migratione nauigium: ſed nec fœderis uerba permittebā meminiſſe: nec hilaritas quæ præoccupauerat mentes: dabat iracűdiæ locű. Cæteꝝ Triphena in gremio Gytonis poſita modo implebat oſculis pectus: interdű cōcrunabat ſpoliatű crinibus uultum. Multos inquit Eumolpus iuuenes carmen decepit: nā ut qſq; uerſum pedibus inſtruxit: ſenſumq; teneriorē uerboꝝ ambitu intexuit: putauit ſe cōtinuo in heliconemueniſſe: ſic forenſibus miniſteriis exercitati frequenter ad carminis tranqllitatem tanq̄ ad portű faciliorem refugerűt: credentes facilius poema extrui poſſe: q̄ controuerſiā umbrantibus ſententiolis pictam. Cæteꝝ neq; generoſior ſpiritus ſanitatem amat: neq; cōcipere aut edere partű mens poteſt:

niſi ingenti flumine litteraꝝ inundante:effugiendũ eſt ab omni uerboꝝ ut ita dicã uilitate:& ſumẽdæ uoces a ple/ be ſummotæ:ut fiat odi profanum uulgus & arceo: præ/ terea curandũ eſt ne ſentẽtiæ emineant extra rationis mo/ dum expreſſæ:ſed intexto uerſibus colore niteãt. Home/ rus teſtis & Lyrici Romanuſq; Virgilius & Horatii curio ſa fœlicitas:cæteri autẽ aut non uiderunt uiam qua iretur ad carmen:aut uerſum timuerunt calcare.Ecce belli ciui/ lis ingens opus quiſquis attigerit: niſi plenus litteris ſub onere labetur. non enim res geſtæ uerſibus compræhen/ dendæ ſunt: quod longe melius hiſtorici faciunt: ſed per ambages deorumq; miniſteria & fabuloſum ſententiarum tormentum præcipitandus eſt liber ſpiritus:ut potius fu/ rentis uaticinatio appareat:q̃ religioſæ orationis ſub teſti/ bus fides iamq; ſi placet hic impetus:etiam ſi nondum re/ cepit ultimam manum.

Orbem iam totum uictor Romanus habebat:
Q ua mare qua terræ qua ſydus currit utrũq;:
Nec ſatiatus erat:grauidis freta pulſa carinis.
Iam peragrabantur:ſi quis ſinus abditus ultra:
Si qua foret tellus quæ fuluum mitteret aurum:
Hoſtis erat:fatiſq; in triſtia bella paratis
Q uærebantur opes:non uulgo nota placebant
Gaudia:non uſu plebeia trita uoluptas:
Ac ſpireum cum laudabat miles in unda
Q uæſitus tellure nitor certauerat oſtro.
Hinc numidæ acuſatius:illinc noua uellera feres:
Atq; Arabum populus ſua deſpoliauerat arua.
Ecce aliæ clades eliſæ uulnera pacis.
Q uæritur in ſiluis an reo fera;& ultimus hamon

Affrorū excutitur;ne deſit bellua dente
Ad mortes pretioſa fames:præmit aduena claſſes
Tigris & aurata gradiens uectatur in aula:
Vt bibat humanu populo plaudente cruorem.
Heu pudet affari:perituraq; prodere fata:
Perſarum ritu male pubeſcentibus aunis
Surripuerę uiros:exactaq; uiſcera ferro
In uenerem fugere:atq; ut fuga mobilis æui
Circunſcripta mora properantes differat annos.
Q uare ſe natam non inuenit:omnibus ergo
Scorta placent:factiq; enerui corpore greſſus:
Et laxi crineis:& tot noua nomina ueſtis:
Q uæq; iure quærit:ecce affris eruta terris
Citrea menſa:greges ſeruorum:aſtrumq; renidens
Ponitur:ac maculis imitatur uilibus aurum:
Q uæ ſenſum turbant hoſtiale ac male nobile lignum
Turba ſepulta mero circunuenit:omniaq; orbis
Præmia correptis miles uagus extruit armis.
Ingenioſa gula eſt.ſiculo ſcarus æquore merſus
Ad menſam uiuus perducitur:atq; lucrinis
Eruta littoribus uendunt conchilia cœnas:
Vt renouent per damna famem.iam phaſidis unda
Orbata eſt auibus:mutoq; in littora tantum
Solæ deſertis aſpirant frondibus auræ.
Nec minor in campo furor eſt:emptiq; quirites
Ad prædam ſtrepitumq; lucri ſuffragia uertunt.
Venalis populus:uenalis curia patrum.
Eſt fauor in pretio ſenibus quoq; libera uirtus
Exciderat ſparſiſq; opibus conuerſa poteſtas:
Ipſaq; maieſtas auro corrupta iacebat.

Pellitur a populo uictus Cato:triſtior ille eſt
Qui uicit faſceſq; pudet rapuiſſe Catoni.
Nãq; hoc dedecoris populo:morũq; ruina
Non homo pulſus erat.ſed in uno uicta poteſtas
Romanũq; decus.quare tam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat:& ſine uindice præda:
Præterea geminã depræñſam gurgite prædam
Fœnoris illuuies uſuſq; exciderat æris.
Nulla eſt certa domus:nullũ ſine pignore corpus.
Sed ueluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens curis latrantibus errat.
Arma placent miſeris:detritaq; cõmoda luxu
Vulneribus reparantur.inops audacia tuta eſt.
Hoc merſant cœno Romã ſomnoq; iacentem
Quæ poterant artes ſana ratione mouere:
Ni furor & bellum ferroq; exciſſa libido.
Tres tulerat fortuna duces:quos obruit omnis
Armorũ ſtrue diuerſa feralis erynis.
Craſſum parthus habet:libyco iacet æquore Magnus.
Tertius ingratam perfudit ſanguine Romam.
Et quaſi non poſſet tot tellus ferre ſepulcra:
Diuiſit cineres.hos gloria reddit honores.
Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu
Parthenopen inter magnæ dicharchidos arua
Cocyta perfuſus aqua:nam ſpiritus extra
Qui furit:effuſus funeſto ſpargitur æſtu.
Non hæc autumno tellus uiret:aut alit hærbas
Ceſpite lætus ager:non uerno perſona cantu
Mollia diſcordi ſtrepitu uirgulta loquuntur:
Sed chaos & nigro ſqualentia pumice ſaxa

Gaudent ferali circũtumulata cupreſſu:
Has inter ſedes Ditis pater extulit ora
Buſtorum flammis & caua ſparſa fauilla:
Ac tali uolucrem fortunam uoce laceſſit.
Rerum humanarum diuinarumq; poteſtas
Quæ noua ſemper amas: & mox poſſeſſa relinquis:
Ecquid romano ſentis te pondere uictam?
Nec poſſe ulterius perituram extollere molem?
Ipſa ſuas uires odit romana iuuentus:
Et quas ſtruxit opes male ſuſtinet. aſpice late
Luxuriam ſpoliorum: & cenſum in damna furentem.
Aedificant auro: ſedeſq; ad ſydera mittunt.
Expelluntur aquæ ſaxis. mare naſcitur aruis.
Et permutata rerum ſtatione rebellant.
En etiam mea regna petunt: perfoſſa dehiſcit
Mollibus inſanis tellus. iam montibus auſtris
Antra gemunt: & dum uanus lapis inuenit uſum:
Inferni manes cælum ſperare fatentur.
Quare age ſors muta pacatum in prælia uultum:
Romanoſq; cie: ac noſtris da funera regnis.
Iam pridem nullo perfundimus ora cruore:
Nec mea Theſſiphonæ ſitientes perluit artus:
Ex quo ſyllanus bibit enſis: & horrida tellus
Extulit in lucem nutritas ſanguine fruges.
Hæc ubi dicta dedit: dextræ coniungere dextram
Conatus: rupto tellurem ſoluit hiatu.
Tunc fortuna leui defudit pectore uoces.
O genitor cui cocyti penetralia parent:
Si modo fas eſt mihi uera impune probari:
Vota mihi cedunt: nec enim minor ira rebellat:

Pectore in hoc: leuiorq; exurit flamma medullas.
Omniaq; tribui Romanis arcibus odi:
Muneribuſq; meis iraſcor: deſtruat iſtas
Idem qui poſuit moles deus: & mihi cordi
Quippe cremare uiros: & ſanguine paſcere luxum.
Cerno equidem gemina iam ſtrictos morte Philippos:
Theſſaliæq; rogos: & funera gentis iberæ.
Iam fragor armoꝝ trepidantes perſonat auras
Et Libyæ: cerno tua Nile gementia caſtra:
Actiacoſq; ſinus: & Apollinis arma timentes.
Pande age terrarum ſitientia regna tuarum:
Atq; animas accerſe nouas. uix nauita protheus
Sufficiet ſimulacra uirum traducere cymba:
Claſſe opus eſt. tuq; ingenti ſatiare ruina
Pallida Theſſiphone: conſciſſaq; uulnera manda
Ad ſtygios manes laceratus ducitur orbis.
Vix dum finierat: cum fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes: eliſoſq; abſcidit ignes.
Subſedit pater umbraꝝ: gremioq; reductus
Telluris pauitans fraternos palluit ictus.
Continuo clades hominum uenturaq; damna
Auſpiciis patuere deum: nanq; ore cruento
Deformis titubans uultus caligine texit.
Ciuiles acies iam tum ſpirare putares.
Parte alia plenos extinxit cynthia uultus:
Et lucem ſceleri ſubduxit rupta tonabant
Verticibus laſſis montis iuga: nec uaga paſſim
Fulmina per notas ibant morientia ripas.
Armorum ſtrepitu cælum furit: & tuba mortem
Sideribus armis acta ciet. iamq; ætna uocatur

Ignibus inſolitis:& in æthera fulmina mittit.
Ecce inter tumulos atq; oſſa arentia buſtis
Vmbrarum facies diro ſtridore minatur.
Fax ſtellis comitata nouis incendia ducit:
Sanguineoq; recens deſcendit Iuppiter igne:
Hæc oſtenta breui ſoluit deus, exuit omnes
Quippe moras Cæſar:uindictæq; actus amore
Gallica proiecit:ciuilia ſubſtulit arma.
Alpibus aeriis.ubi graio nomine pulſo
Deſcendunt rupes:& ſe patiuntur adiri.
Eſt locus Herculeis aris ſacer:hunc niue dura
Claudit hyems:canoq; ad ſydera uertice tollit.
Cælum illinc cecidiſſe putes:non ſolis aduſti
Manſueſcunt radii:non uerni temporis aura:
Sed glacie concreta rigens hyemiſq; pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.
Hæc ubi calcauit Cæſar iuga milite læto:
Orauitq; locum ſummo de uertice mortis:
Heſperiæ campos latæ proſpexit:& ambas
Intentans cum uoce manus ad ſydera dixit.
Iuppiter omnipotens:& tu Saturnia tellus
Armis læta meis:olimq; onerata triumphis:
Teſtor ad has acies inuitum arceſſere Martem:
Inuitas me ferre manus:ſed uulnere cogor
Pulſus ab urbe mea:dum rhenum ſanguine uinco:
Dum Gallos iterum Capitolia noſtra petentes
Alpibus excludo.uincendo certior exul.
Sanguine germano ſexagintaq; triumphis
Eſſe nocens cœpi.q̄q̄ quos gloria terret
Aut qui ſunt qui bella uident: mercedibus emptæ

Ac uiles opere: quorum eſt mea Roma nouerca:
Vt reor haud impune. nec hanc ſine uindice dextram
Vinciet ignauus. uictores ite ferentes
Ite mei comites: & cauſam diſcite ferro.
Nanq; omnes unum crimen uocat. omnibus una
Impendet clades. reddenda eſt gratia uobis:
Non ſolus uici. quare? quia pœna Tropheis.
Iminet: & ſordes meruit uictoria noſtra.
Iudice fortuna cadat alea. ſumite bellum:
Et tentate manus. certe mea cauſa peracta eſt:
Inter tot fortes armatus neſcio uinci.
Hæc ubi perſonuit de cælo delphicus ales
Omnia læta dedit: pepulitq; e mentibus auras.
Necnon horrendi nemoris de parte ſiniſtra
Inſolita uoces flamma ſonuere ſequenti.
Ipſe nitor phœbi uulgato latior orbe
Creuit: & aurato præcinxit fulgure uultus:
Fortior hominibus mouit mauortia ſigna
Cæſar & inſolito greſſus prior occupat auſus.
Prima quidem glaties: & cana iuncta pruina
Non pugnauit humus: mitiq; quieuit honore.
Sed poſtq̄ turmæ nimbos fregere ligatos:
Et pauidus quadrupes undarum uincula rupit:
Incaluere niues: mox fulmina montibus altis
Vndabant modo nata: ſed hæc quoq; miſſa putares.
Stabat uicta fluctus ſtupuere pruina:
Et paulo ante lues iam concidenda iacebat:
Tum uero malefida prius ueſtigia luſit:
Decepitq; pedes paſſim turmæq; uiriq;
Armaq; congeſta ſtrue deplorata iacebant.

Ecce etiam rigido concuſſæ flamine nubes
Exonerabantur: nec rupti turbine uenti
Deerant: ac tumida confractum grandine cælum.
Ipſæ iam nubes ruptæ ſuper arma cadebant:
Et concreta gelu ponti uelut unda ruebat:
Victa erat ingenti tellus niue: uictaq; cæli
Sydera: uicta ſuis hærentia flumina ripis:
Nondum Cæſar erat: ſed magnam nixus in haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arua.
Qualis caucaſea decurrens arduus arce
Amphitryoniades: aut toruo Iuppiter ore
Cum ſe uerticibus magni demiſit olympi:
Et periturorum deiecit tæla gigantum:
Dum Cæſar tumidas iratus deprimit arces.
Interea uolucer motis conterrita pennis
Fama uolat: ſummiq; petit iuga celſa palatii:
Atq; hæc Romano toniton ferit omnia ſigna:
Iam claſſes fluitare mare: totaſq; per alpes
Feruere germano perfuſas ſanguine turmas.
Arma: cruor: cædes: incendia: totaq; bella
Ante oculos uolitant ergo pulſata tumultu
Pectora: perq; duas ſcinduntur territa cauſas.
Huic fuga per terras: illi magis unda probatur:
Et patriæ eſt pontus: & iam tutior eſt magis arma
Qui tentata uelit: ſatiſq; iubentibus acti
Quantum quiſq; timet: tantum fugit: ocyor ipſe:
Hos inter motus populus miſerabile uiſu
Quo mens icta iubet deſerta ducitur urbe.
Gaudet Roma fuga: debellatiq; quirites

Rumoris ſonitu mœrentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet:ille penates
Occultat gremio:deploratumq; relinquit
Limen:& abſentem uotis interficit hoſtem.
Sunt qui coniugibus mœrentia pectora iungant:
Grandæuoſq; patres oneris ignara iuuentus
Id pro quo metuit tantum trahit:omnia ſecum
Hinc uehit imprudens prædamq; in prælia ducit.
Ac uelut ex alto cum magnus inhorruit auſter:
Et pulſas euertit aquas:non arma miniſtris
Non regimen prodeſt:ligat alter pondera pinus:
Alter tuta ſinu tranquillaq; littora quærit:
Hic dat uela fugæ:fortunæq; omnia credit.
Quid tam parua quæror? gemino cū conſule Magnus:
Ille tremor ponti:ſæuiq; repertor hydaſpis:
Et piratarum ſcopulus modo:quem ter ouantem
Iuppiter horruerat:quem fracto gurgite pontus:
Et ueneratus erat ſummiſſa boſphoros unda:
Proh pudor imperii deſerto nomine fugit:
Vt fortuna leuis Magni quoq; terga uideret.
Ergo tanta lues diuum quoq; numina uidit:
Conſenſitq; fugæ cæli timor.ecce per orbem
Mitis turba deum terras exoſa furentis
Deſerit atq; hominum damnatum auertitur agmen.
Pax prima ante alias niueos pulſata lacertos
Abſcondit galea uictum caput:atq; relicto
Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum:
Huic comes it ſyncæra fides:& crine ſoluto
Iuſticia:ac mœrens lacera concordia palla.

At contra ſedes herebi qua rupta dehiſcit:
Emergit late Ditis chorus: horrida erynis
Et Bellona minax: facibuſq; armata Megera:
Lethumq; : inſidiæq; : & lurida mortis imago.
Quas inter furor abruptis ceu liber habenis
Sanguineum late tollit caput: oraq; mille
Vulneribus confoſſa cruenta caſſide uellat.
Hæret detritus leuæ Mauortius umbo
Innumerabilibus tælis grauis: atq; flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra deos: mutataq; ſydera pondus
Quæſiuere ſuum. nanq; omnis regia cæli
In partes deducta ruit: primũq; Dione
Cæſaris acta ſui ducit: comes additur illi
Pallas: & ingentem quatiens Mauortius haſtam:
Magnaq; cum Phœbo ſoror & Cyllennia proles
Excipit: ac totis ſimilis Tirinthius actis.
Intremuere tubæ: ac ſciſſo diſcordia crine
Extulit ad Superos ſtygium caput. huius in ore
Concretus ſanguis: concuſaq; lumina flebant.
Stabant irati ſcabra rubigine dentes:
Tabo lingua fluens: obſeſſa draconibus ora.
Atq; inter toto laceratam pectore ueſtem
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
Hæc ut cocyti tenebras & tartara liquit:
Alta petit gradiens iuga nobilis appennini:
Vnde omnes terras atq; omnia littora poſſet
Aſpicere: ac toto fluitantes orbe cateruas:
Atq; has erupit furibundo pectore uoces.

Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma:
Sumite:& in medias immittite lampadas urbes.
Vincetur quicunqꝫ latet.non fœmina ceſſet:
Non puer:aut æuo iam deſolata ſenectus.
Ipſa tremat tellus.lacerataqꝫ tecta rebellent.
Tu legem Marcelle tene:tu concute plebem
Curio:tu fortem neu ſupprime Lentule martem.
Quid porro tu diue tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſoluis?
Theſauroſqꝫ rapis? neſcis tu Magne tueri
Romanas acies:epidauria mœnia quære:
Theſſalicoſqꝫ ſinus humano ſanguine tinge.
Factum eſt in terris quicquid diſcordia iuſſit.

Cum hæc Eumolpus ingenti uolubilitate effudiſſet:tandē Cratona uenimus.ubi quidē paruo diuerſorio refecti:poſtero die ampliori fortitudine domum quærentes incidimus in turbam hæredipetarū ſciſcitantiū quid genus hominū:aut unde ueniremus. Ex præſcripto ergo cōſilii cōmunis exaggerata uerboꝝ uolubilitate unde aut qui eſſemus haud dubie credētibus indicauimus. Procedentibus demū longius:rogaui ancillā ut platea noua duceret dominā.placuit ancillæ conſiliū.Itaqꝫ collegit altius tunicā: flexitqꝫ ſe in cadophona qui ambulatiōi hærebat.nec diu morata dominā ꝑducit latebris:lateriqꝫ meo applicat mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem. Nulla uox eſt quæ formā eius poſſit comprehēdere: nā quicquid dixero minus erit.Crines ingenio ſuo flexi per totos ſe humeros effuderāt frons minima:& quæ radices capilloꝝ retro flexerat.& ſupercilia uſqꝫ ad malarum ſcripturā currentia:

& fuſus cõfinio luminũ pene permixta:oculi clariores ſtel lis extra lunã fulgentibus:nares paululum inflexæ:& oſcu lum quale Praxiteles habere Dianã credidit.Iam mẽtũ.iã ceruix.iam manus.iam pedũ candor intra auri gracile uin culum poſitus parium marmor extinxerat:Itaq; tunc pri/mum Doxida uetus amator contempſi.

Quid factum eſt quod tu proiectis Iupiter armis
Inter cælicolas fabula muta taces?
Nunc erat a torua ſummittere cornua fronte:
Nunc pluma crines diſſimulare tuos.
Hæc uera eſt Danae.tempta modo tangere corpus:
Iam tua flãmifero membra calore fluent

Delectata illa riſit tam bladũ: ut uideretur mihi plenũ os extra nubem luna proferre:mox digitis gubernantib9 uo/cem:ſi non faſtidis inquit fœminã ornatam:& hoc primũ anno uirum expertam:concilio tibi o iuuenis ſororem ha/bet & tu quidem fratrẽ:neq; enim me piguit quærere:ſed quid prohibet & ſororem adoptare? eodem gradu uenio: tu tamẽ dignare & meum obſculum cum libuerit cogno/ſcere. Imo inquã ego per formã tuam te rogo:ne faſtidias hominẽ peregrinum inter cultores admitttere:inuenies re ligioſum ſi te adorari permiſeris.ac ne me iudices ad hoc templũ gratis accedere:dono tibi fratrem meũ. Quid ni inquit illa donas eum:ſine quo non potes uiuere:ex cuius oſculo pẽdes:quẽ ſic tu amas:quẽadmodum ego te uolo. Hæc ipſa cum diceret:tanta gratia conciliabat uocem lo/quẽtis:tam dulcis ſonus pertentabat aera:ut putares inter aures canere ſirenum concordiã. Itaq; miranti:& toto mi/hi clarius cælo neſcio qd relucente:libuit nomẽ deæ quæ/

rere. Itaq; inquit non dixit tibi ancilla mea Circem me uo
cari? non ſum quidem ſolis ꝓgenies: nec mea mater dum
placet: libētis mundi curſum detinuit. habeo tamen quod
cælo imputem: ſi non fata coniunxerunt. Imo iam neſcio
quid tacitis cogitationibus deus agit. nec ſine cauſa belie/
no nece amat. ſed inter hæc noīa magna fax ſurgit. Sume
ergo amplexū ſi placet. neq; eſt quod curioſum aliquē ex/
timeſcas. longe ab hoc loco frater eſt. Dixit hæc Circe: im
plicitumq; brachiis mollioribus pluma deduxit in terram
uario gramine indutam.

Idæo quales funditur de uertice flores
Terra parens: cum ſe confeſſo uinxit amori
Iuppiter: & toto concepit pectore flammas:
Emicuere roſæ: rideto; & molle ciperen:
Albaq; de uiridi riſerunt lilia prato.
Talis humus uenerem molles clamauit in hærbas.

In hoc gramine pariter compoſiti mille oſculis quærentes
uoluptatem robuſtam.

Nocte ſoporifera ueluti cum ſomnia ludunt
Errantes oculos: effoſaq; protulit aurum
In lucem tellus: uerſat manus improba furtum:
Theſauroſq; rapit: ſudor quoq; proluit ora:
Candidiorq; dies ſecreto fauit amori:
Et mentem timor altus habet: ne forte grauatum
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox ubi fugerunt eluſam gaudia mentem:
Veraq; forma redit: animus quod perdidit optat:
Atq; in præterita ſe totus imagine uerſat.

Cubiculū autē meū chryſis intrauit: codicilloſq; mihi do/

minæ ſuæ reddidit: in quibus hæc erant ſcripta. Si libidi/noſa eſſem: quærerer decepta: nūc & gratias langori ago: in umbra uoluptatis diutius luſi. quid tamē agas quæro: & an tuis pedibus perueneris domū. negant enim medici ſine neruis poſſe ire. Narrabo tibi adoleſcens: paralyſim caue. nunquā ægrum tam magno periculo uidi. mediuſſi dius iam periſti. quid ſi idem frigus genua manuſq; tenta/uerit tuas: licet ad tubicines mittas. Quid ergo eſt? etiam ſi grauem iniuriam accepi: homini tam miſero non inui/deo medicinā. Si uis ſanus eſſe: Gytona roga. recipies inq neruos tuos: ſi triduo ſine fratre dormieris. nā ꝙ ad me atti net non timeo ne quis inueniatur: cui nō minus placeam. nec ſpeculum mihi: nec fama mentit᷑. Vt intellexit Chry/ſis me perlegiſſe totū conuitium: ſolent inquit fieri: & præ cipue in hac ciuitate: in qua mulieres etiam lunam dedu/cunt. Itaq; huius quoq; rei cura agitur: reſcribe blandius dominæ animūq; candida humanitate reſtitue. Ve℞ enim fatendum: ex qua hora iniuriam accepit: apud ſe non eſt. Libenter quidē parui ancillæ: uerbaq; codicillis talia im/poſui Olienos Circæ ſalutē. Fateor domina me ſæpe pec/caſſe. nam & homo ſum: & adhuc iuuenis nunquā tamen ante hunc diem uſq; ad mortē deliqui. habe inquā confi/tentem reum. quicquid iuſſeris merui. proditionem feci: homines occidi: templum uiolaui. in hæc facinora quære ſuppliciū. ſiue occidere placet: ferro meo uenio. ſiue uer/beribus contenta es: curro nudus ad dominam. Id tantum memento non me ſed inſtrumenta peccaſſe. paratus miles arma nō habui. qs hæc turbauerit neſcio. forſitan animus anteceſſerit morā corporis: forſitan dum omni cōcupiſco

uoluptatem tempore: conſumpſi. uon inuenio quod feci. Paralyſim tamen cauere iubes: tanquã maior fieri poſſit: quæ abſtulit mihi per quod etiam te habere potui. Summa tamẽ excuſationis meæ hæc eſt: placebo tibi: ſi me culpam emendare dimiſeris.

Nobilis æſtiuas platanus diffuderat umbras:
Et baccis redimita daphne: tremulæq; cupreſſus:
Et circuntonſæ trepidanti uertice pinus
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus: & querulo uexabat rore capillos.
Dignus amore locus. teſtis ſilueſter laſdon
Atq; urbana progne. quæ circum gramina fuſe
Ac moles uiolas. cantu ſua rura colebat.

Fremebat illa reſoluta marmoreis ciuibus aureum tortũ: myrtoq; florenti quietum uerberabat. Itaq; ut me uidit: paulullum erubuit: heſternæ ſcilicet iniuriæ memor. deinde ut remotis omnibus ſecundum inuitantem conſedi: ramum ſuper oculos meos poſuit: & quaſi pariete interiecto audacior facta: quid inquit paralytice: & quid hodie totus ueniſti? rogas inquam ergo potius quam temptas? totoq; corpore in amplexum eius immiſſus: nõ precantis uſq; ad ſatietatem oſculis fruor. Quod ſolum igitur ſaluo pudore poteram contingere: langorem putaui: conditusq; lecticulo totum ignem furoris in eam conuerti: quæ mihi omniũ ue malorum cauſa fuerat.

Ter corripui terribilem manu bipennem:
Ter languidior colliculi repente thyrſo
Ferrum timui: quod trepido dabat male uſum.
Nec iam poteram: quod modo conficere libebat:

Nãqꝫ illa metu frigidior rigente bruma
Confugerat in uiſcera mille operta rugis.
Iam non potui ſupplicio caput aperire
Sed furciferæ mortifero timore luſis
Ad uerba magis quæ poterant nocere fugi.

Erectus igitur in cubitũ: ac fere oratione uexaui contuma
cem. qd dicis inq̃ omniũ hominũ deorũqꝫ pudor? nam ne
nominare qdem te inter res ſerias fas eſt: hoc de te merui:
ut me in cælo poſitũ ad inferos traheres?

Illa ſolo fixos oculos diuerſa tenebat.
Nec magis incepto uultus ſermone mouetur
Quam lentæ ſalices laſſoue papauera collo.

Nec minus ego tam fœda obiurgatione finita pœnitentiã
agere ſermonis mei cœpi: ſecretoqꝫ rubore ꝑfundi ꝙ obli/
tus uerecũdiæ meæ tũ ea parte corporis uerba contulerim
quã ne ad cognitionẽ qdem admittere ſeuerioris notæ ho/
mines ſolent. Mox pertricata diutius fronte: quid aũt ego
inq̃ mali feci: ſi dolorem meũ natali conuitio exoneraui?
aut qd eſt ꝙ in corpore humano uẽtri maledicere ſolemus
aut gulæ capitiqꝫ etiam cum ſæpius dolet. qd? nũ ut Vly/
xes cum corde litigat ſuo?

Quid me ſpectatis conſtricta fronte Catones?
Damnatiſqꝫ nouæ ſimplicitatis opus?
Sermonis puri non triſtis gratia ridet.
Quodqꝫ facit populus candida linga refert:
Nam quis concubitus ueneris qui gaudia neſcit?
Quis petit in tepido membra colore thoro?
Ipſe pater ueri doctus Epirus in arce
Iuſſit: & hanc uitam dixit habere deos.

Hac declamatione finita Gytona uoco:& narra mihi inq̃ frater:ſed eam ſi de ea nocte: qua te mihi Aſcyltos ſubdu/xit uſq; iniuriam uigilauit: an contentus fuit uidua pudi/caq; nocte: Tetigit puer oculos ſuos:cōceptiſq; iurauit uer bis ſibi ab Aſcylto nullam uim factam:poſitoq; in limine genu ſic deprecatur ſua uictima uerſu.

Nympharum Bacchiq; comes:quem pulchra Dione
Diuitibus ſiluis numen dedit:inclyta paret
Cui leſos uiridiſq; thaſos:quem lydus adorat
Septifluus:templūq; tuis imponit hipeplis:
Huc ades:& Bacchi tutor dryadumq; uoluptas:
Sed timidas admitte preces.non ſanguine triſti
Perfuſus uenio:non templis impius hoſtis
Admoui dextram:ſed inops:& rebus egenis
Attritus:facinus non toto corpore feci
Q uiſquis inops peccat minor eſt reus.hac prece quæſo
Exonera mentem:culpæq; ignoſce minori.
Et quandoq; mihi fortunæ arriſerit hora:
Non ſine honore tuum patiar decus ibit ad aras:
Corniger & querulæ feſtus ſuis hoſtia lactens:
Spumabat pateris hornus liquor:& ter ouantem
Circa delubrum greſſum feret ebria pubes.

Cum hæc ago:ſolertiq; cura depoſito meo caueo:intrauit delubrū anus laceratis crinibus atraq; ueſte deformis:ex/tra quæ ueſtibulum me iniecta manu duxit:ac me iterum in cellam ſacerdotis nihil recuſantem perduxit:impulitq; ſupra lectum:& arundinē rapuit oſtio:iterūq; nihil reſpō dentem mulctauit.ac niſi primo quaſſata arundo impetū uerberantis minuiſſet:forſitan etiā bracchia mea caputq;

fregiſſet. Ingemui eo utiq̄ ꝑpter maſcarpionē: lachrimiſq̄ ubertim manātibus obſcuratū dextra caput ſup puluinar inclinaui. Nec minus illa fletu confuſa altera parte lectuli ſedit: ætatiſq̄ lōge morā tremulis uocibus cœpit accuſare. Interuenit ſacerdos: qd nos inquit in cellam meā tāq̄ ante recens buſtū ueniſtis? O inquit Genotra hunc adoleſcentē quem uides malo aſtro natus eſt. nanq̄ neq̄ puero puella bona ſua uendere poteſt. ad ſummā qualem putas eſſe: qui de Circes thoro ſine uoluptate ſurrexit?

Quicquid in orbe uides paret mihi: florida tellus
Cum uolo ſpiſſatis areſcit languida ſuccis:
Cum uolo fundit aquas ſcopulis: atq̄ horrida ſaxa
Niliades iaculantur aquas. mihi pontus inertes
Summittit fluctus: zephiriq̄ tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. mihi ſua flumina parent.
Hircanæq̄ tigres: iuſſi & ſeruire dracones.
Quid leuiora loquar? lunæ deſcendit imago
Carminibus deducta meis: trepiduſq̄ furentes
Flectere phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta ualent. tauroꝝ flamma quieſcit
Virgineis extincta ſacris. phœbeia Circe
Carminibus magicis ſocios mutauit Vlixis
Protheus eſſe ſolet quicquid libethis ego callens
Artibus idæos frutices in gurgite ſiſtam:
Et rurſus fluuios in ſummo uertice ponam.

Inhorrui ergo tali fabulatione cōterritus: anumq̄ diligentius inſpicere incœpi. Ergo Genotra exclamat impio parate mox incincta quadrato pallio cucumā ingentē foco apposuit: deterſiſq̄ curioſe manibus inclinauit ſe in lectum:

ac me ſemel iterumq; baſiauit:ſimulq; pannum de carna/
rio detulit furca:in quo faba erat ad uſum repoſita. Vt ſol
uit ergo licio pannũ:partẽ leguminis ſuper menſam effu/
git:iuſſitq; me diligenter purgare. Seruio ego impio:gra/
naq; ſordidiſſimis putaminib9 ueſtita curioſa manu ſegre
go. At illa inertiam meam accuſans improbat. tollit:den/
tibus quæ folliculos perite ſpoliat:atq; in terrã ueluti mu/
ſcarum imagines deſpuit. Mirabile quidẽ paupertatis in/
genium:ſingularemq; rerum quaſdam artes.

Indum non fulgebat ebur quod inhæſerat auro:
Nec iam calcato radiabat marmore terra
Muneribus deluſa ſuis:ſed crate ſaligna
Impoſitum cereris uacuæ nemus:& noua terræ
Pocula:quæ facili uilis rota fixerat actu.
Hinc molli ſcille latus:& de candice lento
Vimineæ lances:maculataq; teſte lyæo:
Et paries circa palea ſatiatus inani:
Fortuitoq; luto clauus numerabat agreſtes:
Et uiridi iunco gracilis pendebat arundo.
Præterea quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo
Conſeruabat opes humilis caſa mitia ſeruo
Inter adoratas pendebat texta coronas
Et timbræ ueteres:& paſſis ima racemis.
Q ualis in actæa quondam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Hæcates:quã muſa loquentibus annis
Baccineas ueteres uiuando tradidit æuo:

Tum illa carnis etiam paululum delibat:& dum coæqua
le natalium ſuorum ſynciput in carnarium furca reponit:
fracta eſt putris ſella;quæ ſtaturæ altitudinem adiecerat:

anumq; pondere ſuo deiectam ſuper focum mittit:fran/
gitur ergo ceruix cucunæ:ignemq; cõualeſcentem reſtrin/
guit:atq; totam faciem excitato funere perfudit. Conſur/
rexi equidem turbatus:anumq; non ſine riſu erexi. Itaq;
ad caſæ oſtiolum proceſſi:& ecce anſeres ſacri impetum
in me faciunt:fœdoq; ac ueluti rabioſo ſtridore circunſi/
ſtunt trepidantem.atq; alius tunicam meam lacerat alius
uincula calciamentorum reſoluit ac trahit : unus etiam
dux ac magiſter ſæuiciæ non dubitauit crus meum ſer/
rato uexare morſu. Oblitus itaq; nugarum pedem men/
ſulæ extorſi: cœpiq; pugnaciſſimum animal armata eli/
dere manu.nec ſatiatus defunctorio ictu morte me anſe/
ris uindicaui.

Tales herculea ſtymphalidas arte coactas
Ad cælum fugiſſe reor.peneq; fluentes
Harpyias:cum furtiuo maduere ueneno
Fallaces æpule.tremuit perterritus æther
Planctibus inſolitis:confuſaq; regia cæli.

Cum protuli anſerem:anus ut uidit tam magnum æque
ſuſtulit clamorem:ut putares iterum anſeres limen intraſ/
ſe.cõfuſus itaq; & nouitate facinoris attonitus quærebam
quid excanduiſſet:aut quia anſeris potius q̃ mei miſere/
retur. At illa comploſis manibus ſcelerate inquit & loque
ris:neſcius q̃ magnũ flagitium admiſeris. Occidiſti Pria/
pi delitias:anſerem omnibus matronis acceptiſſimũ.Itaq;
ne te putes nihil egiſſe:ſi magiſtratꝰ hoc ſcierit:ibis in cru
cem.polluiſti ſanguine domiciliũ meũ inuiolatum.feciſti
ut me qſqs uoluerit inimicus ſacerdotio pellat.

Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura:
Fortunamq; ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen: ipſumq; licebit
Acriſium iubeat credere quod Danaen.
Carmina componat: declamet: concrepet: omnis
Et peragat cauſas: ſitq; Catone prior:
Iuriſconſultus paret non paret habento
Atq; eſto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor: quid uis nummis præſentibus optat:
Et ueniet, clauſum poſſidet arca Iouem.

Τελοσ

Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum
De Vitalibus Anno domini. M. cccc. xcix.
Die. xxiii. Menſis Iulii.